Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

das salutem vestibus qui redemis
ti dauid seruum tuum de gladio
malignio eripe me Et erue me
de manu filiorum alienorum quo
rum os locutum est uanitatem
et dextera eorum dextera iniquita
tis Quorum filii sicut nouelle
plantationes iuuentute sua
Filie eorum compoite circum
ornate ut similitudo templi Po
mptuaria eorum plena eructantia
ex hoc in illud Oues eorum fe
tose habundantes in egressibus
stationes eorum crasse Non est ru
ina maceriae nec transitus nec
clamor in plateis eorum Beati
dixerunt populum cui hec sunt bona
populus cuius dominus deus eius
Exaltabo
te deus meus rex
et benedicam nomini tuo in
eternum et in seculum seculi Per
singulos dies benedicam tibi et
laudabo nomen tuum in seculum
et in seculum seculi Magnus
dominus et laudabilis nimis et
magnitudinis eius non est finis
Generatio et generatio lauda
bit opera tua et potentiam pronun
ciabunt Magnificentiam glo
riae sanctitatis tuae loquentur et
mirabilia tua narrabunt Et
virtutem terribilium tuorum di
cent et magnitudinem tuam nar
rabunt Memoriam habundan
tiae suauitatis tuae eructabunt et
iustitia tua exultabunt Mise
ratio et misericors dominus pati
ens et multum misericors Su
auis dominus in omnibus et mi
serationes eius super omnia opera
eius Confitebuntur tibi domine
omnia opera tua et sancti tui benedicant
tibi Gloriam regni tui dicent
et potentiam loquentur Vt no
tam faciant filiis hominum poten
tiam tuam et gloriam magnificentie
regni tui Regnum tuum reg
num omnium seculorum et dominatio
tua in omni generatione et generatione
Fidelis dominus in omnibus
verbis suis et sanctus in omnibus
operibus suis Allevat dominus
omnes qui corruunt et erigit omnes
elisos Oculi omnium in te sperant
domine et tu das escam illorum in
tempore opportuno Aperis tu ma
num tuam et impples omne animal
benedictione Iustus dominus
in omnibus viis suis et sanctus in
omnibus operibus suis Voluntatem
timentium se faciet et deprecationem
eorum exaudiet et saluos
faciet eos Custodit dominus
omnes diligentes se et omnes peccatores
disperdet Laudationem
domini loquetur os meum et bene
dicat omnis caro nomini sancto e
in eternum et in seculum seculi
Lauda
Laudabo dominum in vita mea
psallam deo meo quam diu fuero
Nolite confidere in principibus
in filius hominum in quibus non est
salus Exibit spiritus eius et re
uertetur in terram suam in illa die
peribunt omnes cogitationes eorum
Beatus cuius deus iacob adiu
tor eius spes eius in domino deo

363

laudate dm de celis